Fragmentarium



Suumq; quod est in nobis multiplicet · et quicquid
est extrinsecus misericorditer demat · Amen
Quo geronis atri spreta contagione · celesti
potiamur tempe · Amen · Quod ipse prestare
Regis mandata summi · Fr ii · Benedictionem
mentium seruantes promptuariis ex
hibitione opum fulgeatis · Amen
Lucisq; eius fulgore micantes uitare ualeatis
noctis aeterne tenebras · Amen
Sicq; iustitiae calle incedatis peruio · ut sistere
mereamini summe requiei throno · Amen ·
Quod ipse prestare dignetur · Fr iii · Benedictionem
Nutu qui regit condita superne felicita
tis uos ducat ad moenia · Amen
Amputet ieiuniorum sarculo uitiorum frutecta ·
quo uires suppetant surgendi ad aethera · Amen
Tantoque ualitudinis stipite solidet · ut
uim inpugnantium ferre concedat · Amen
Quod ipse prestare dignetur · Fr iiii · Benedictionem

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_336_f160v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5342)